

Iglesia Católica. Papa (1655-1667: Alejandro VII)

Breuia ad Academiam Complutensem spectantia.

Romae : ex Typographia Reuerendae Camerae
Apostolicae, 1659.

Vol. encuadernado con 17 obras

Signatura: FEV-AV-M-01418 (04)

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente

B R E V I A
Ad Academiam Complutensem
spectantia.



ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.



BManavit nuper à Congregatione Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præposita Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet, Sacra Rituum Congregatio Rectoris Collegialium maiorum Collegij Sancti Ildephonsi, ac aliorum Vniuersitatis Studij generalis Oppidi Complutensis Toletanae Dioeceseos in Sanctum Thomam de Villanoua Archiepiscopum Valentinum pijs votis benignè inclina-

Indultum, ut Complutensis Academia possit Officium S. Thomæ de Villanoua duplex secundæ clas- sis, & cum Octaua.

A
ta,

ta, quod ibidem adipiscendis facultatibus, iisdemque
mox gradu decoratus interpretandis, ac edisserendis
Sanctus idem operam nauasset, eiusque Costa cum
parte carnis, vt asseritur, asseruetur (quibus causis
permotus san. mem. Innocentius Decimus eidem
Vniuersitati indulgit, vt inibi posset de eodem Sancto
tunc Beatitatis tantum titulo insignito Officium reci-
tari, ac Missam pariter celebrari) vt posthac Vniuer-
sitarum, ac Collegiorum eorundem incolæ, tam sæcu-
lares, quam Regulares tanti Coalumni memoriam,
quo solemnius celebrant, eo impensius imitentur,
quotannis de eodem nuper inter Sanctos relato, eis
Officium duplex secundæ Classis cum Octaua, reliquo
autem Oppidi eiusdem Clero duplex maius sine Octa-
ua recitandi facultatem tribuendam censuit. Die xix.
Iulij M. DC. LIX. Facta autem de prædictis Sanctis-
simo relatione; Sanctitas Sua annuit. Die xx. eiusdem
Mensis, eodemque anno M. DC. LIX. I. Episcopus
Sabinen. Cardinalis Sacchetti. Cum autem sicut
dilecti filij Rector, & Collegiales, & alij prædictæ
Vniuersitatis Studij generalis Compluten. nobis nu-
per exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi Apo-
stolicæ confirmationis nostræ robur communiri sum-
mopere desiderent. Nos specialem eisdem Exponen-
tes gratiam facere volentes, & eorum singulares per-
sonas à quibusuis excommunicationis, suspensionis,
& interdicti, aliisque ecclesiasticis sententijs, censu-
ris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione,
vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ exi-
stunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen-
tium serie absoluentes, & absolutos fore censen-
tes supplicationibus eorum nobis super hoc humili-
ter porrectis inclinati. Decretum præinsertum aucto-
ritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, &
approbamus, illique inuiolabilis Apostolicæ firmita-

tis robur adijcimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter conigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam, Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxv. Augusti M. DC. LIX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

S. V. golinus.



ALEXANDER P P. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Præcipi-
tur omni-
bus de Vni-
uerſitate
obſeruare
Statutum
64. de obe-
dientia
Reſtori
præſtanda.



Lias pro parte dilectorum filiorum
Rectoris, & aliorum Vniuerſitatis Stu-
dij generalis Oppidi Compluten. Tol-
letan. Diœceſis Congregationi Ve-
nerabilium fratrum noſtrorū S. R. E.
Cardinalium Concilij Tridentini In-
terpretum expoſito, quod inter alia eiufdem Vniuerſi-
tatis Sedi Apoſtolice immediate ſubiectæ Statuta
dudum à bonæ mem. Franciſco dum vixit eiufdem
S. R. E. Cardinale Ximenez nuncupato auctoritate ſœl.
rec. Alexandri Papæ VI. prædeceſſoris noſtri condita
vnum extaret ſub cap. lxiv. incipiens, Statuimus, &
ordinamus &c. in quo diſponitur, teneri Lectores,
Doctores, & Scholares iuramentum Obedientiæ defer-
re Reſtori ipſius Vniuerſitatis, quod quidem iuramen-
tum præſtandum eſt, antequam prædicti de Vniuerſi-
tate deſcribantur in Matricula, aliàs priuilegijs, &
exemptionibus non gaudent: Et in eadem expoſitione
ſubiuncto, quod ſæpius nonnulli, qui prædictis priuile-
gijs vti prætendunt nihilominus ſe in Matricula deſcri-
bi non faciant, ne cogantur præſtare iuramentū Obe-
dientiæ, ideoque ſupplicato, vt caput hoc Statutorum
confirmaretur; & non obſeruantes priuilegijs prædi-
ctis minimè gaudere declararetur: Emanauit à prædicta
Congregatione Decretum tenoris qui ſequitur, vide-
licet, Die xv. Maij M. DC. LVIII. Sacra Congregatio
Eminentiffimorum Cardinalium Concilij Tridentini
Interpretum cenſuit, Statutum Academia Complu-
tenſis in præcitato Capitulo lxiv. de Obedientia Re-
ſtoris præſtanda ab omnibus &c. confirmatum à Sede
Apoſtolica eſſe obſeruandum. F. Cardinalis Paulutius

Præ-

Præfectus. Cum autem sicut prædicti exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi pro firmiori illius subsistentia, & obseruatione Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summo perè desiderent: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdictis, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet, & innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum ferie absoluentes, & absolutas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum Auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, salua semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium: Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit inuiolabiliter obseruari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxv. Augusti M. DC. LIX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

S. Vgolinus.

ALE-

ALEXANDER PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Declaran-
tur pœnz,
quibus in-
currunt nõ
obseruan-
tes statutũ
64. de obe-
dientia Re-
ctori præ-
sanda.



Lias pro parte dilectorum filiorum
Rectoris, & aliorum Vniuersitatis
Studij generalis Oppidi Compluten-
Toletanæ Diœcesis, Congregationi
Venerabilium fratrum nostrorum,
S. R. E. Cardinalium Concilij Tri-
dentini Interpretum exposito, quod
inter alia eiusdem Vniuersitatis Sedi Apostolicæ im-
mediatè subiectæ Statuta adest lxiiv. tenoris qui sequi-
tur, videlicet, Statuimus, & ordinamus, quod omnes,
& singuli Regentes, Cathedratici, & alij quicumque,
Lectores, Doctores, Magistri, Licentiati, Baccalarij,
& Scholares vniuersi huius Academiæ, & Vniuersita-
tis, cuiuscumque qualitatis, gradus, ordinis, conditio-
nis, aut præheminentiæ existant, in omnibus, & singu-
lis regimini, & gubernationi Rectoris nostri Collegij
pro tẽpore eligendi perpetuo subiaceant, teneanturque
omnibus & singulis mandatis ipsius licitis, & honestis,
ac Constitutionibus nostris non contrarijs obedire:
Et ad vocationem Rectoris præfati toties, quoties ab
eo, vel eius mandato vocati fuerint conuenire: Statu-
ta, & Constitutiones nostras in omnibus, & per omnia
inuiolabiliter obseruare: Honorem, vtilitatem, & di-
gnitatem ipsius Collegij semper & vbicumque fuerint
procurare, Exemptionem, libertatem eiusdem tueri.
Quæ omnia & singula antequam scribantur in Matri-
cula Vniuersitatis infra sex dies à die electionis Recto-
ris moderni computandos, si præsentis fuerint, vel
infra alios sex dies postquam ad Vniuersitatem vene-
rint, teneantur sic iurare: Qui autem tale iuramentum
non præstiterint, nullatenus gaudeant priuilegijs, &
præ-

prærogatiuis ipsius Vniuersitatis, nec scribantur in Matricula, in qua scribi debeant nomina, & cognomina omnium, & singularum personarum in eadem Vniuersitate residentium, neque computentur, aut admittantur alicui cursus, quos peregerit antequam prædictum iuramentum præstiterit &c. Et in eadem expositione subjuncto, quo cum ex Statuto huiusmodi iuramentum de exhibenda obedientia prædicta præstandum fit, qui vero illud non præstiterit, priuilegijs, & prærogatiuis ipsius Vniuersitatis nullatenus gaudere debeat: dubitaretur an inter priuilegia, & prærogatiuas huiusmodi comprehenderentur Stipendia debita ex gradibus conferendis, & actibus Vniuersitatis, Cathedrisque moderandis &c. Et an similiter vox actiua, & passiva ad munia, & officia Academiae obeunda inter prærogatiuas, & priuilegia prædicta computarentur: Ideoque petita à prædictis Cardinalibus dubiorum huiusmodi declaratione, vt omnes in contrarium abusus de medio penitus tolleretur: Emanauit ab eorundem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris sequentis, videlicet, Die xxvj. Iulij M.DC.LIX. Sacra Congregatio Eminentissimorum Dominorum Cardinalium Sacri Tridentini Concilij Interpretum censuit, Propinas, & vocem actiuam, et passiuam comprehendi inter prærogatiuas, & priuilegia de quibus in antedicto Capitulo lxiv. Statutorum fit mentio.

F. Cardinalis Paulutius Præfectus. Cum autem sicut prædicti Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi pro firmiori illius subsistentia, & obseruatione Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio roborari summo prære desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine

quauis

quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodo-
libet innodatae existunt ad effectum praesentium dum-
taxat consequen. harum serie absolventes, & absolu-
tos fore censentes supplicationibus eorum nomine
Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, Decre-
tum praefertum auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inuio-
labilis Apostolicae firmitatis robur adijcimus, salua
semper in praemissis auctoritate Congregationis me-
moratorum Cardinalium. Decernentes easdem praesentium
litteras semper firmas, validas, & efficaces existe-
re, & fore, ac suos plenarios, & integros affectus sorti-
ri, & obtinere, sicque in praemissis per quoscumque Iu-
dices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Pala-
tij Apostolici Auditores iudicari, & definiiri debere,
ac irritum, & inane si secus super his a quoquam qua-
vis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordina-
tionibus Apostolicis, coeterisque contrarijs, quibus-
cumque. Datu Romae apud Sanctam Mariam Maiorem
sub Annulo Piscatoris die xxv. Augusti M. DC. LIX.
Pontificatus nostri Anno Quinto.

S. Vgolinus.

R O M A E,

Ex Typographia Reuerendae Camerae Apostolicae.

M. DC. LIX.

¿Hay que tomar los do-
cumentos correspondientes a las
págs 3 y siguientes? Si
dentro la página 3 a la 30 inclusive
N.º 7

Ordo del Papa Alejandro VII ~~mem~~
prohibiendo que voten en los ~~oficios~~
~~de~~ Festogia y que no tengan resi-
dencia en Alcalá'

Alexander Papa VII ad futuram rei-
memoriam

Nuper pro parte Directorum

pro cessase la numeración de los
que siguen

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.]